M0011006: Page from Hippocrates: Medicorum Omnium Principis, 1537

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/jrpaa6wp

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



HIPPOC. SEXTI EPIDEMION

APHORISM VS XXVIII.

Rotunda sputa, qualia in Pleno suerunt, delirium portendunt.

Haud temere hac sententia Hippocrates sputum rotundum ut perniciosum, ac delirium portendens damnat. Nam etsi materialis ueluti causaspu-Βρόγχια, ti sit crassities ac glutinositas humorum qui in cartilaginibus, quas βρόγχια Græci uocant, pulmonis ag gregantur, tamen ut rotundum fiat in aliquo loco, calor ipse efficit, à quo idipsum ueluti assatur. Quum itaq immodicus calor Delirij causa. Sputum rotundum efficiat, quid mirum Hippocratem hoc in loco dicere illud portendere delirium, quando Galeno etiam lib. secundo de affe.lo.cap.tertio. teste, delirium causa potestate calida efficiat? Sic in præsagiorum etiamlibro sputum rotundu ut inutile damnat. Sed præstat uerba eius adscribere, .progn.46. quæsichabent: ποίελομ λουκομ κή γλίσχου, Ε σρόγδυλομ, άλυσιτελές. quod est: Sputum album, glutinosum, er rotundum, inutile est. Inutile uero hic tanquam malum inaudias oportet, quod scilicet immodicii calorem pituita assanté demonstret. V bi autem immodicus calor sputiuiscedini ac crassitiei coiunclus fuerit, facile ob uaporum assensum caput replere, ac efficere delirium potest. Sputa talia multa in Pleno uidit Hippocrates, ideo addit, qua lia in Pleno fuerunt. Est autem omnium ueterum interpretum testimonio Plenus locus aliquis: cuius autem ciuitatis locus fuerit, nemo illorum, nec p Galenus etiam indicauit. Apud Strabonem libro ultimo, & Herodotum lib. quarto, Plyni cuius dam Aegypti portus mentio sit: an uero bic sit, cum n unius tantum litera piclura differat, nondum compertum habeo. Verisinițle tamen est in loco aliquo calido, qualis Aegyptus est, idipsum contigisse. Sej inre incerta, nec magni admodii momenti, non est cur anxiè soliciti simus.

APHORISMVS

Habentes hæmorrhoides neg laterum dolore, neg pulmonis inflammatione, nece depascenti ulcere, nece furunculis, nece terminthis; pariter nece lepra, nece uitiliginibus corripiuntur. Quamplurimi igitur intempestiue sanati mox morbis iam dictis correpti sunt, & fue-L' venns pro plates runt sane perniciosi. Sic etiam quicunos alij abscessus, ueluti fistulæ, reliquis medentur morbis. Contemplandum itagest quod à quibus morbis facta liberant, eosde etia ubi precesserint, ne fiant prohibent.

Hemorrhoidum: commoditas.

A rawant

volcha ;

lise

Quanta sit hamorrhoidum moderate, & sua sponte, ac naturaliter promanantium commoditas, præsens Hippoc. sententia abunde docet. A nullo siquidem hic comemoratorum morbo capitur, cui illa decenter emanauerint. Nam cu per easdem omnes corporis uitiosi humores, iam nominatos morbos procreare potentes excernantur, nihil miri est quod hi qui hoc modo afficiun turabillis tuti sint. Proinde etsi nonnunquam malus corporis babitus decoloration;